dem ; & antedicta Hiſpaniarum Regna jam compoſitarum partem advocantes fidelem , nobiſque in multis probatam fraternitatis tuæ operam , ſedulitatem , prudentiamque requiramus , ac flagitamus. Quamobrem fraternitati tuæ notum eſſe cupimus quidquid ad res omnes quarum occaſione priſtina commercij inter eamdem Sanctam Sedem , & Hiſpaniarum Regna viciſsitudo perturbata fuerat opportunè componendas , perpetuoque ſtabilendas , pactum , conventumque fuerit , illud per alias noſtras in ſimili forma Brevis Litteras ad Venerabiles Fratres Archiepiſcopos , & Epiſcopos Hiſpaniarum datas publici juris factum eſſe. Harum exemplar in Charta pergamena authenticè exaratum , & exempla quam plurima typis impreſſa , ac Venerabilis itidem Fratris Nicolai Xaverij , Archiepiſcopi Athenarum manu pro Venerabili paritèr Fratre Carolo , Archiepiſcopo Emiſſeno ſubſcripta , ſignoque munita ad te mittimus , ut ad omnes , & ſingulos Antiſtites , quorum intereſt , perferenda cures , atque ijſdem noſtro nomine ſignifices , ut , ſivè miſſa exempla , ſivè alia quocumque modo , aut manuſcripta , aut edita proponentes , palamque affigentes omnia in ipſis ſtatuta , præſcripta , injuncta , ac præcepta ad debita illorum executioni mandanda advigilare ſtudeant , & adlaborent. In ijs autem , quæ authoritate , conſilio , & opera tua indigeant , fraternitatem tuam hortantes , præcipimus , ut nullo pacto deeſſe patiaris. Ad eludendas vero fraudes , doloſque , qui pro Patrimonijs in Sacerdotiorum locum ſuffectis , conſtituendis , ut plurimum iſtis ſtruuntur , præcipimus , ut Patrimonia huiuſmodi in poſterum aſsignandam certam in ſingulos annos ſexaginta ſcuto-

Sede , y los ſobredichos Reynos de Eſpaña ; por lo qual nueſtro deſeo es , que entiendas , que quanto ha ſido pactado , y convenido , para componer , y eſtablecer oportuna , y perpetuamente todas aquellas coſas , que ocaſionaron la perturbacion , y quiebra de aquella antigua , y mutua correſpondencia , y comercio entre eſta Santa Sede , y los Reynos de Eſpaña , ſe ha hecho yà conſtar al publico por otras nueſtras Letras , dirigidas en la miſma forma de Breve , à los Venerables Hermanos Arzobiſpos , y Obiſpos de Eſpaña , cuyo tanto autentico en Carta de pergamino , te remitimos , y juntamente muchas copias impreſſas , firmadas de mano propia , y ſelladas de nueſtro Venerable Hermano Nicolàs Xavier , Arzobiſpo de Athenas , por el Venerable aſsimiſmo Hermano Carlos , Arzobiſpo de Emeſſa , para que cuides de embiarlas a todos , y cada uno de los Prelados , y Superiores de eſſos Reynos , á quienes reſpectivamente pertenezca : encargandoles al miſmo tiempo , de nueſtra parte , que deſpues que ayan mandado promulgar , y fixar publicamente , ya ſean las Copias , que remitimos , yà otras de qualquier modo , ó manuſcriptas , ò impreſſas del miſmo tenor , cuiden , y velen , que ſe lleve à debida execucion , y cumplimiento todo lo que en ellas ſe eſtablece , ordena , y manda ; y en aquellas coſas , que neceſsiten de tu autoridad , conſejo , ò auxilio , te exortamos , y mandamos , que con ningun pretexto te eſcuſes de darle , ni permitas dexe de cumplirſe. Eſto ſupueſto , para ocurrir , y precaver los muchos engaños , y fraudes , que frequentemente ſe practican en dichos Reynos , en la ereccion de los Patrimonios , para ordenarſe de Clerigos algunas perſonas : ordenamos , y mandamos , que los Patrimonios de eſta claſ-